Ordonnance

du Comte d'Armagnac

Pour l'Exécution des Lettres du Roy Jean sur le Cours des Espèces.

du 9: 8bre 1346

Joannes dei gratia, comes armaniaci et Ruthenae, vice-comesque Leomaniae et altivillaris, locum tenens in occitanis partibus dominorum Regis franciae, ac ducis Normaniae, et aquitaniae, Seneschallo Bellicadri, vel ejus locum tenenti.

Trésor des chartes du Roy.

Querelam dilecti et fidelis nostri Petri Deralli Magistri Generalis monetarum dicti Domini nostri Regis, ac plurium fide dignorum suscepimus vniformiter, continentem, quod licet dictus Dominus ~~Rex~~ Dux Normaniæ et Aquitaniæ, præfati Domini Regis primogenitus, et Locum tenens, pro bono publico, et cum maxima et matura deliberatione consilii, super facto et cursu monetarum, certas ordinationes fecit et condidit, inter cætera, continentes clausulam quæ sequitur.

Jehan ainsné filz, et Lieutenant du Roy de france, Duc de Normandie et de Guyenne, Comte de Poitou et du Maine, au Seneschal de Toulouze, ou a son Lieutenant, Salut.

Nous avons entendu par le raport de plusieurs Prelatts, Barons, et Bourgeois et autres Subgiez et habitans du Royaume de france Disans que comme par L'ordonnance darrenierem.t faitte par notre dit Seigneur en son Conseil, sur le fait de ses Monnoyes, Jeust ordonné que nulles Monnoyes d'or, blanches ne noires, quelles que elles soient tant du Royaume, ou de hors, n'auroient cours en son Royaume, pour quelque prix que ce fut, exceptez tant seulement les deniers d'or a l'Escu, pour seze sols huit deniers le gros Tournois, Le gros Tournois d'argent, pour quinze deniers Tournois, et les Parisis Tournois, pour leur prix, si comme Est Contenu es dittes ordonnances. Et plusieurs sont au

presens qui par leur grand malice, se
sont efforciés et efforcent de jour en jour
de mettre pour autre et greigneur Prix
les deniers d'or a l'Escu, que ordené
n'avoit esté par nostredit Seigneur, ainsi
donnent Cours aux autres monoyes
d'or, et par ce trayans la bonne monoye
blanche et noire par devers eux, je
portent hors du Royaume de France,
et par ainsi ne puet estre le pueble bien
gouverné, ne soustenu de Monnoye, la
laquelle Chose est au Contemnement
et desobeissance dudit Seigneur, et de
sesdittes ordenances, grief et dommage
dudit Pueple; Et nous ont requis que
sur ce leur veillons pourvoir de
remede Convenable. Sçavoir faisons
que nous, oye leur supplication, eüe
grand deliberation d'avis avec nostre
Conseil, desirans leur et garder

le Peuple en bonne paix et tranquilité,
et obvier aux malices des Mauvais,
avons ordonné et ordonnons par ces
presentes, du Pouvoir et autorité Royal
a nous donné et octroyé de notre dit
Seigneur, que nulles Monoyes d'or,
blanches et noires n'auront cours
au Royaume, ni seront mises pour
quelque prix que ce soit, exceptés
tant seulement bons deniers d'or
fin, appellés flourins de St. George
que nous faisons faire a present,
lesquels auront cours pour vingt
sols Tournois la piece, et deniers
d'or a l'Escu, pour seize sols huit
deniers Tournois, et bons gros
Tournois d'argent du poids, qui auront
cours pour quinze deniers Tournois,
et bons doubles noirs que Nous
faisons faire a present qui auront

Tournois pour deux deniers et maille
Tournois, et bon parisis pour un petit
parisis et Tournois, qui apresent ne
Courent pour un petit Tournois. Et ne
n'auront Cours nulles autres monnoyes
quelles que elles soient, exceptées celles
qui dessus sont nommées.

Quae ordinationes saepe et saepius
de dicti domini Ducis, et nuper etiam
de nostri mandato, palam et publice per
Loca insignia Seneschalliae vestrae
publicatae, et intimatae fuerunt, ad
tollendam ignorantiam de eisdem;
Nihilominus plures Campsores,
mercatores pannorum laneorum, et
apothecarii, Paratores, textores, et
plures alii mecanici, et diversorum
ministeriorum, non verentes ipsas
ordinationes, sub ausu temerario, dant
Cursum monetis aureis et argenteis

reprobatis et prohibitis, et ipsas

quemadmodum si cursum haberent,

de facto ponunt, et recipiunt indifferenter,

pro libito voluntatis, aliasque monetas

cursum habentes, pro majore pretio,

quam in dictis continetur ordinationibus.

ponere et recipere non formidant

veniendo de facto contra ipsas

ordinationes et eas enervando et

infringendo. Ex quibus inobedientiis, et

et contemptis, et ordinationum praedictarum

transgressione, Monetae argenti albae

et nigrae, quae ad marcham pro billono

ad monetagia dicti domini Regis

adportari deberent, extrahuntur de

regno franciae, et in aliis Regnis

extraneis reponuntur et transferuntur.

In tantum quod plurima monetagia

dicti Regni, praemissa ocasione, facta

sunt quasi vacantia, et per consequens

ipsum regnum remanet vacuatum, et exhaustum dictis monetis argenti, quibus copiose abundaret, si ordinationes prædictæ ad unguem servarentur, in dicto domini regis, ac subditorum Regni prædicti irreparabile prejudicium atque damnum. Quocirca Nos attendentes commodum et utilitatem, quã dictus Dominus noster Rex ex suis monetagiis consequitur, vobis districtè præcipimus et mandamus, quatenus juratis per vos et alios officiales senescalliæ vestræ ordinationibus supradictis ac regiis, de quibus in eisdem fit mentio, quas per vos et alios officiales prædictos intimari volumus, palam et in publico ac cum effectu servare, omni excusatione et allegatione cessantibus, easdem ordinationes a quibuscumque subditis

dictis nostris Senescallie, et ejus re-
ssorti, de quibus vobis expediendum
videbitur; juratis, ac teneri, et servari
inviolabiliter faciatis, et aliis viis,
modis, remediis et cauthelis melioribus
quibus poteritis, cum solerti diligentia
provideatis, quod dicte monete de
billono, a monetagiis regiis non
prolongentur, seu distrahantur, nec
extra regnum predictum, clam vel
occulte, vel aliis quomodolibet
transferantur, injungendo insuper
quibuscumque campsoribus et
factoribus eorumdem, ut quascumque
monetas auri prohibitas et reprobatas,
quam cito eas acquisierint, et penes
se habuerint, scindant seu perforent,
per talem modum, quod de cetero
cursum non habeant, sub pena
confiscationis ipsarum monetarum,

quas a contra facientibus tanquam
confiscatas, et in jus suum devenias,
dicto Domino nostro regi capi faciatis,
corporibus dicti domini regis applicari,
omni favore et diffugio postpositis et
semotis. Et ut praedicta omnia et
singula melius et firmius teneantur
et observentur, volumus et vobis
destricte Mandamus, quatenus per
Loca vestrae Senescalliae, de quibus
vobis expediens videbitur, deputetis
et instituatis, idoneas et sufficientes
personas, quae dictas ordinationes
teneri, et custodiri inviolabiliter faciant,
et dictas monetas aureas prohibitas
et reprobatas, ubicumque et penes
quoscumque reperiant, scindant, et
perforent, ac scindere et perforare
habeant, atque posint, et ad propinquiores
monetagia regia adportari vel mitti

sub sua Biondinis, vel contributionibus, seu
salaria indicatis reductionibus
regiis exceptatis, seu praevia
Ratiunda, cum consilio proborum
in talibus expertorum, quae ipsis
deputatis tradi et caperi volumus,
per Argentinos particulares monetarum
Regiarum absque difficultate qua-
cumque. Et haec omnia et singula
supradicta prout superius sunt
expressa teneatis et observetis, et
teneri et observari faciatis, sub
poena in ipsis ordinationibus
contenta, et alia quam possitis
incurrere erga dictum dominum regem,
super praemissis et ex eis
dependentibus, talem et sinceratam
diligentiam adhibendo, quod ob vestri
culpam, defectum, seu negligentiam
dictus Dominus Rex, nullum

pati valeat detrimentum. Quod si co-
fecerit, quod absit, gardacorde, ex
bona ventura, pro predictis habitis
recursum, eo de negligentia, seu
inobedientia sua taliter puniatur, quod
ceteris transeat in exemplum, ac
etiam incommodum et indemnitatem,
quam sustinuerit et patietur, ex
dictarum ordinationum superius [illegible]
transgressione, nisi aliter providerimus,
potissime habita consideratione ad
evidentem et urgentem necessitatem
pecunie pro sustentatione presentis
guerre, volentesque ex causis ex
premissis remedium adhibere. Datum
Agenni sub sigillo nostro die nona
mensis octobris. Anno Domini
millesimo trecentesimo quadragesimo
sexto. Per dominum locum tenentem,